



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

9. Decembris. 5. Idus.


urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

diem florentissima illa Vallis ad S. Ordinis splendorem ostentat. Tu Gratia Divina per tuam industriam, & indefessos labores cooperando, caelestia in te dona auxisti: ut idem ego faciam, me doce, ne mihi contingat, quod Evangelico illi, qui talentum à Domino acceptum fudit in terra.

S. BERNARDUS, ser. 17. de div.

Omnes nobis causamur deesse gratiam, sed justius forsitan ipsa sibi queritur gratia deesse nonnullos. Nempe res cordis est gratia devotionis ista, quam querimus: & hoc munere ipse se fraudat, qui internum ei dissimulat receptaculum exhibere.

Gratia
cooperandum.



9. Decembris. 5. Idus.

B HUGO, Abbas Novi Monasterii in Anglia, literarum scientia, & morum sanctitate clarissime; qui à seculi deliciis duce divino Spiritu mature abstractus, multis tua pietate occasionem prae buisti, ut monasticam vitam amplecterentur. In praefectura non minus austeritate vitae, quam excellentia dignitatis subditos antecedebas. Ita etiam te non solum Religiosi

Floruit
circa
annum
1300.

Ttz

filii

436 ANNI CISTERCIENS.
filii, sed pari affectu pauperes Patrem
appellabant. Amorem Divinum in te
accendebas aut sacra lectione, aut con-
templatione; quâ plerûnque majorem
noctis partem insumebas. *Urnam &*
ego saltem illud tempus, quod mihi præ-
scriptum est, piæ & ferventi contempla-
oni satis diligenter impenderem, arderet
utique divinus ille ignis in corde meo,
quem Dominus misit in terras & voluit
vehementer accendi.

Obijt
anno
1591.

B. LAURENTI, Abbas Vallis-
Bonæ in Hispania, paternarum tradi-
tionum, & legum etiam minimarum
observator diligentissime, præsertim
silentii regularis, quod ita inviolabili-
ter colebas, ut seu privatus seu superi-
or incommoda & dolores quantumli-
bet graves æquo ferres animo potius,
quàm uno verbulo hoc præceptum
transgredere. Sexto ante obitum
die cum te infirmum Abbas inviseret,
ac scribentem deprehendisset; miraba-
tur, quòd te hoc labore defatigares;
cui tu retulisti: agere te, quod toto e-
geris vitæ decursu, ac notare quædam
documenta ad aliorum profectum
servitura; nec ab ista pietate cessatu-
rum, quamdiu vires supersint, licet,
non ignores, te brevi unâ cum duobus
aliis hinc migraturum: quod statim
compro-

comprobavit eventus. Cùm denique felix spiritus esset è corpore abiturus, extensis in cœlum manibus lætissima voce dixisti: Ecce video cœlos apertos. Nullibi necessaria magis est providentia, quàm in mortis negotio: hïc nulla diligentia potest esse nimia, nulla negligentia non perniciosissima: diu namque, ut sonat proverbium, deliberandum est, quod statuendum est semel.

S. BERNARDUS, s. 2. de SS. Pet. & c.

Utinam sapiamus ad presentis vite ^{Vera Sapien-}
 moderationem, utinam intelligamus ^{tia.}
 ad præterita correptionem, utinam de-
 vota in Deum fide provideamus, ut
 felicem habeamus (ipso miserante)
 consummationem.



10. Decembris. 4. Idus.

B. SBIGNÆE, Abbas monasterii ^{Passi}
 Claræ Provincie in Polonia: qui ^{circa}
 unà cum monachis à sævitia barbaro- ^{annum}
 rum interemptus exercitum candida- ^{1200.}
 torum martyrum in cœlo auxisti. Tu
 roborâ animum meum, ut viriliter resi-
 stam impugnationibus infernalis tyranni,
 qui præsertim in ultimo prælio solet esse
 sævissimus.

Tt3

B.FLO.